

GIOVANNI BATTISTA BASSANI

(1647-1650? - 1716)

ARMONICI ENTUSIASMI DI DAVIDE

SALMI CONCERTATI A QUATTRO VOCI CON VIOLINI E SUOI RIPIENI
Opera nona, Venezia, Giuseppe Sala 1690

COLLEGIUM VOCALE ET INSTRUMENTALE **«NOVA ARS CANTANDI»**

ALESSANDRO CARMIGNANI, Canto · ANDREA ARRIVABENE, Alto
FABIO FURNARI, Tenore · MARCELLO VARGETTO, Basso
LUCA GIARDINI, Violino primo · LUIGI COZZOLINO, Violino secondo
JEAN-MARIE QUINT, Violoncello
PAOLO CHERICI, Chitarrone
IVANA VALOTTI, Organo

GIOVANNI ACCIAI, Direttore

Testi / Texts

CD1 In principio Horarum

- 1 [Deus, in adiutorium meum, intende].
Domine, ad adiuvandum me, festina.
Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.
- 2 Alleluia.

Dixit Dominus Domino meo (Psalmus 109)

- 3 Dixit Dominus Domino meo: «Sede a dextris meis:
4 donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum».
- 5 Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.
- 6 Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum:
ex utero ante luciferum genui te.
- 7 Iuravit Dominus et non paenitebit eum:
«Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech».
- 8 Dominus a dextris tuis, confregit in die irae suae reges.
- 9 Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.
- 10 De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.
- 11 Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.
- 12 Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Confitebor tibi Domine (Psalmus 110)

- 13 Confitebor tibi Domino in toto corde meo: in consilio iustorum et congregatione.
Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates eius.
Confessio et magnificentia opus eius; et iustitia eius manet in saeculum saeculi.
- 14 Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors et miserator Dominus: escam dedit timentibus se.
- 15 Memor erit in saeculum testamenti sui: virtutem operum suorum annuntiavit populo suo.
- 16 Ut det illis hereditatem gentium: opera manuum eius veritas et iudicium.
- 17 Fidelia omnia mandata eius, confirmata in saeculum saeculi: facta in veritate et aequitate.
- 18 Redemptionem misit populo suo: mandavit in aeternum testamentum suum.
- 19 Sanctum et terribile nomen eius: initium sapientiae timor Domini.
- 20 Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in saeculum saeculi.
Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Beatus vir, qui timet Dominum (Psalmus 111)

- 21 Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.
Gloria et divitiae in domo eius: et iustitia eius manet in saeculum saeculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors et miserator et iustus.
Iucundus homo, qui miseretur et commodat, disponet sermones suos in iudicio:
quia in aeternum non commovebitur.
In memoria aeterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius, sperare in Domino, confirmatum est cor eius:
non commovebitur donec despiciat inimicos suos.
Dispersit, dedit pauperibus; iustitia eius manet in saeculum saeculi: cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet: desiderium peccatorum peribit.
Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Laudate, pueri Dominum (Psalmus 112)

- 22 Laudate, pueri Dominum: laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc et usque in saeculum.
A solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Domini.
Excelsus super omnes gentes Dominus, et super caelos gloria eius.
23 Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat et humilia respicit in caelo et in terra?
24 Suscitans a terra inopem et de stercore erigens pauperem:
25 Ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.
26 Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum laetantem.
27 Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Laudate Dominum omnes gentes (Psalmus 116)

- 28 Laudate Dominum, omnes gentes: laudate eum, omnes populi.
29 Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas Domini manet in aeternum.
30 Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.
31 Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

CD2 Laetatus sum (Psalmus 121)

- 1 Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: «In domum Domini ibimus».
Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Ierusalem.
Ierusalem, quae aedificatur ut civitas: cuius participatio eius in idipsum.
- 2 Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel, ad confitendum nomini Domini.
Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum David.
- 3 Rogate, quae ad pacem sunt Ierusalem: et abundantia diligentibus te.
- 4 Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.
- 5 Propter fratres meos et proximos meos, loquebar pacem de te.
Propter domum Domini Dei nostri, quaesivi bona tibi.
- 6 Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.
- 7 Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Nisi Dominus aedificaverit domum (Psalmus 126)

- 8 Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui aedificant eam.
- 9 Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.
Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis,
10 qui manducatis panem doloris.
- 11 Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas Domini filii, merces fructus ventris.
- 12 Sicut sagittae in manu potentis: ita filii excussorum.
- 13 Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis: non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.
- 14 Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.
- 15 Sicut erat in principio et nunc et semper
16 et in saecula saeculorum. Amen.

Lauda, Jerusalem, Dominum (Psalmus 147)

- 17 Lauda, Ierusalem, Dominum: lauda Deum tuum, Sion.
Quoniam confortavit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquium suum terrae: velociter currit sermo eius.
Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?
Emittet verbum suum et liquefaciet ea: flabit spiritus eius, et fluent aquae.
Qui annuntiat verbum suum Iacob: iustitias et iudicia sua Israel.
Non fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifestavit eis.
Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Magnificat anima mea Dominum (Canticum in honorem Beatae Virginis Mariae)

- 18 [Sinfonia)
19 Magnificat anima mea Dominum.
20 Et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo.
21 Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
22 Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius.
23 Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.
24 Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
25 Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles.
26 Esurientes implevit bonis: et divites dimisit inanes.
27 Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae.
28 Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini eius in saecula.
29 Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.
30 Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Litaniae Beatae Virginis Mariae

- 31 Kyrie, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
- 32 Pater de Coelis, Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi, Deus, miserere nobis.
Spiritus Sancte, Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas, unus Deus, miserere nobis.
- 33 Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, ora pro nobis.
Sancta Virgo virginum, ora pro nobis.
Mater Christi, ora pro nobis.
Mater divinae gratiae, ora pro nobis.
Mater purissima, ora pro nobis.
Mater castissima, ora pro nobis.
Mater inviolata, ora pro nobis.
Mater intemerata, ora pro nobis.
Mater amabilis, ora pro nobis.
Mater admirabilis, ora pro nobis.
Mater Creatoris, ora pro nobis.
Mater Salvatoris, ora pro nobis.
Virgo prudentissima, ora pro nobis.
Virgo veneranda, ora pro nobis.
Virgo praedicanda, ora pro nobis.
Virgo potens, ora pro nobis.
Virgo clemens, ora pro nobis.
Virgo fidelis, ora pro nobis.
Speculum iustitiae, ora pro nobis.
Sedes sapientiae, ora pro nobis.
Causa nostrae laetitiae, ora pro nobis.
Vas spirituale, ora pro nobis.
Vas honorabile, ora pro nobis.
Vas insigne devotionis, ora pro nobis.
Rosa mystica, ora pro nobis.
Turris davidica, ora pro nobis.
Turris eburnea, ora pro nobis.
Domus aurea, ora pro nobis.
Foederis arca, ora pro nobis.
Ianua Coeli, ora pro nobis.
Stella matutina, ora pro nobis.
- 34 Salus infirmorum, ora pro nobis.
Refugium peccatorum, ora pro nobis.
Consolatrix afflictorum, ora pro nobis.
Auxilium Christianorum, ora pro nobis.
- 35 Regina Angelorum, ora pro nobis.
Regina Patriarcharum, ora pro nobis.
Regina Prophetarum, ora pro nobis.
Regina Apostolorum, ora pro nobis.
Regina Martyrum, ora pro nobis.
Regina Confessorum, ora pro nobis.
Regina Virginum, ora pro nobis.
Regina Sanctorum omnium, ora pro nobis.
- 36 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.